

QK. 533, 2/

B. m. N. 65

II C
104

DE

PRINCIPIO STILI LATINI

COMMENTATIO.

QVA

X 2316505

ORATIONEM VALEDICTORIAM

AUDITORIS BONAE SPEI ATQVE HUMANISSIMI

GEO. CHRISTIAN. SCHMIDII

ISNAC. THVR.

CRAS A MERIDIE HABENDAM

RITE INDICIT

M. DAN. PEVCERVVS

L V S A T.

ATHEN. SEN. RECTOR.

N V M B V R G I

LITTERIS BOSSOEGELIANIS



SUMMA DICENDORVM.

Omnibus est disciplinis principium; sola de *stile* doctrina eo carere uidetur § I.

NECESSITAS principii stili ex natura eius, item soliditatis, scientiae, methodi et demonstrationis eruitur § II.

Monita de lingua lat. mortua, latinitate et *stile*, prorsa et uorsa oratione ante constituuntur § III.

PRINCIPIVM: *stile* ipsum adaequatum § III.

Hoc vindicatur et probatur PRIMO ex omnibus *stile* generibus e. g. dialogico et epistolaris § V.

historico et philosophico § VI.
oratorio et poetico § VII.

SECUNDUO probatur principium
a. ex summa apud Romanos linguae cultura § VIII.

b. ex recitationibus eorumdem § VIII.

c. ex praemissis studia orat. excitantibus § X.

Adiicitur summa antecedentium § XI.

Indicitur oratio a. abeuntis § XII.

b. gratulantis § XIII.

Conclusio § XIV.

§ I.

Ita uiuam, ut ego inde ab illis annis, quibus alios praceptoris institutisque *stile* cultioris augere coepi, incredibili flagraui cupiditate institutiones *stile* ocu- lis usurpandi eius generis, in quibus praceptiones cum principio, ante constituto, iusto nexu essent copulae. Neque tamen adhuc sensi eruditorum quemquam, cui hac in re spem iustisime* conceptam explere libuisse. Sanctioris disciplinae magistri pariter atque cultores sacram scripturam; iuris utriusque periti atque consulti imperantium leges, scriptas maxiime, medicae artis statores et amantes hominis naturam; sapientiae doctores et studiosi rerum naturam, alii alia, principii loco, solent usurpare. Sola de *stile* disciplina, tanto licet opere, nostra aetate, a grauiissimis quibusque uiris exculta carere uisa est suo principio, siue propositione prima uniuersitate uera, aliarum sui generis ueritatum causa. Quod si dicendis fuisset praemissum: nae tu oculis quasi oceanum cerneret, ex quo flumina omnia suam habent originem, et in quem, tamquam in communem fontem, refluxu suo, rursus delabuntur.

* Auctor

* Auctor ei rei quoque exstitit cel. C.
WOLF in philos. rat. lat. c. IIII. § 72.
Hic enim ipsarum quoque, inquit, ar-
tium liberalium condi potest philosophia,
si nempe eadem ad formam disciplinae
redigantur.

** Palmam aliis praeripuerunt

■ uen. WALCHIVS historia crit. lat.
linguae 1716 et 1719 edita, libro praec-
ceptis stili multo refertissimo.

b. consultis. HEINECCIVS stili cul-
tioris fundamentis Halae 1720
editis, post autem quinquies alibi
recusis.

c. M. C. H. WEISSIVS libris V de stilo
Romano Chemnicii 1724 diuulgatis.

d. doctiss. HALLBAVERVS institutionis
stili 1726 et 1730 8 cum aliis
germanice communicatis,

§ II.

Atque ex hac quidem principii quodam modo ex-
pressa forma *primo* eiusdem in institutionibus stili non
potest non emergere *necessitas*. Deinde si harum etiam re-
rum, ut aliarum omnium, in animo cultoris stili exsiste-
re debet *scientia solida*: id agendum ipsi est, ut certa atque
minime dubia principia praemittantur. Neque enim
est *soliditas*, nisi legitima proponendarum rerum cum
certis principiis connexio. Ad hanc non potest umquam
fieri, ut quis poscit cum ratione quidquam perceptum
habere, aut aliis tradere, nisi certis principiis innixa co-
gnitio, quam *scientiam* adpellamus, adfuerit. Neque porro
quisquam potest regulis bonae *methodi* * conuenienter a-
gere, nisi principiis locum necessario reliquerit. Addo
tandem *demonstrationem*; cuius uim, qui paullo curatius
considerat: ille respiciat necesse est, cum ad principia
demonstrandi, tum ad ipsam connexionem dictorum
cum his iisdem demonstrandi principiis.

* Ut enim in *Synthetica* ex principiis
notis ad principiata, ut aiunt, rite
connectenda progrediuntur logici:
ita in *analytica* a principiatis no-

tioribus adscendere ad principia
iidem solent. Conf. Baumeisteri
institution. philos. ration. c. III.
§ 395.

§ III.

Enim uero cerno iam animo, cordatos lectores in
medium adlata mihi perlubenter esse concessuros; hoc

X 2

au-

autem scire desideraturos, quaenam illa norma sit, ad quam dirigere stylum debeat omnem. Cui desiderio priusquam satisfacimus, monendi nobis esse uidentur, nos de principio *linguae mortuae* loqui: neque enim qualis-
cumque inter eruditos, maxime in scholis, usus; sed uis et natura sermonis, inde ab incunabulis hominum *uitam* linguae latinae* iure constituit. Tum uelim, memine-
rint, inter *latinitatem* atque *stylum* tantum interesse, quan-
tum interest inter uoces ac loquendi formulas grammaticis regulis conuenienter coniunctas, et inter genus dicendi aut scribendi. Stylum autem complecti latinitatem, quum praesertim, ubi genus est dicendi, ibi non possint non latinae uoces adesse, inter omnes constat. Tandem per se quisque nullo intelliget negotio, nos, ubi de scriptoribus latinis dicturi sumus, reliquias illorum non minus in prorsa, quam numeris adstricta oratione designare.

* Frustra igitur repugnat *Vbertus Folietta* de linguae lat. usu et praestantia p. 142 et 144 ed. Moshem. Nec moueor uerbis C. H. WEISSII, qui lib. I. c. 2. p. 16 ait: *neque ita mor-
tua est latina lingua Romana, ut alia*

*idiomata, quae prorsus exstanta in
obliuionem omnium uenerunt. Men-
tem enim meam uberior explicari
in disf. de inscriptionibus argutis
eloquentiae noxis Ienae M DCC
XXVI habita, § XVI. p. 29 * et **.*

§ IIII.

Ecce igitur TIBI, lector beneuole, non latinitatis so-
lum helicen et cynosuram; uerum stili etiam omnis nor-
mam ac principium: *quem ad modum probatissimi quique scri-
ptores, * aureo ** potissimum aetatis, olim dixerunt, atque in moni-
mentis fide dignis scripsierunt, ad hunc modum etiam dicendum et scri-
bendum in praesenti est ***.* Contra ea, quaecumque his
sunt contraria, nullo esse admittenda modo iure censeo.
Quod principium ab nobis propositum esse uerum, ge-
nuinum, atque, ut philosophi loquuntur, adaequatum,
cum

eum multis ex causis, tum potissimum ex sequentibus
potest intelligi.

* Prius uero quam quisquam hac de-
re posit rite iudicare: auctor ipsi-
sum, uti adprime consulat praestan-
tissimos doctissimorum hominum
Morboſi, *I. A. Fabricii*, *Tho. Pope-*
Blountii, *And. Goepelii*, *Hederichii*,
Stollii, *VValchii*, *Funcii*, *Halbaueri*
et *Io. Ad. VVeberi* libros. Curenim
caecus de coloribus?

** Aetatem auream si malueris cum
Hadriano Cardinale, Ob. Gifanio
atque aliis aetatem perfectam, cum
I. N. Funcio, qui libros duo de uirili
aetate in fo. quarta Marb. c15 1525
xxvii et xxx edidit, uirilem, cum
Seneca apud *Laſtantium* inst. diu.

VII. 15. saeculum aureum vocare;
non repugnab; dum modo in eo
meum consenseris, purissimam at-
que elegantissimam huius aetatis lin-
guam, imitatione atque adprobatio-
ne esse dignissimam.

*** Vocant alii hoc usum linguae flo-
rentissimae, qui non est, nisi ratio
dicendi et scribendi inter eruditos
et nobiliores latinos, quum floreret
lingua latina, maxime usitata.
Conf. *Fabricii* et *Richey* controver-
fiae de usu tyranno precario impe-
rante § XVII. sequ. p. 7.8 praemissa
P. II. poematum Saxon. inf.

§ V.

Quodcumque ergo est primo ita comparatum, ut singula
stili excolendi genera ambitu suo sub se complectatur, il-
lud ipsum, meo quidem iudicio, genuini principii no-
men iure promeretur.

Tu si igitur ad *dialogum* componendum animum ad-
puleris: ducem, si me audies, sequeris *Ciceronem*, in pri-
mis in *Catone maiore* et *Laelio*: doctiores enim paullo
his sunt reliqui? Hoc enim dat operam, ut, pro eo, ac
par est, familiaria amicorum colloquia imitetur; neque
tamen nullam, aut elegantiae, aut purae dictioonis ratio-
nen habeat. Nihil tamen impedio, si, secundum eum,
Terentium imiteris.

Epistolam uis exarare? *Tullium* tibi eumdem ad imitan-
dum propono. Puro enim nitore, perspicuitate, morata
dictione et grauitate** pleraque eius epistolae ad *diversos*,
Atticum et *Q. fratrem* excellunt, ut, quocum comparetur,
habere profecto uideatur neminem.

* Vedit hoc, nostra aetate, *VVeissius*
lib. I. c. VI. p. 73. Dialogi enim,
inquit, *quidam*, a Tullio ad res phi-
losophicas excutiendas adhiben-
tur: quae res facit, *ut magis philo-*
sophico, quam dialogico stilo in istis
utatur.

** Non ignorauit, vulgo quod dici so-

let, dicta solere perire; litteram ue-
ro scriptam non posse non repeti-
tae lectioni superesse. Perplacent,
quaes hanc in rem HEINECCIVS P.
I. c. II. § 61. adulit. Sunt etiam
dignissima, quae hic legantur, uer-
ba Tullii ad Paetum lib. VIII. ep.
XXI. n. 2. 3.

§ VI.

Accedit quam proxime *historicum* ad praecedentia di-
cendi genera. Quod si igitur res gestas apte describere
uolueris: perfecti uirtutes historici, puriorem sermo-
nem, planam breuitatem, mediocrem concinnitatem at-
que illustrem grauitatem hauries omnium optime ex
NEPOTE atque CAESARE, id quod cel. Bergerus, uindex an-
tiquae eloquentiae maxime strenuus, oratorum latinorum
in Germania facile princeps* satis comprobauit. Adiun-
gereim *Scioppium* cum libro de *stilo historicō*, ** nisi scirem,
hominem, non forte stili historici dotes; sed uitia potius
historiorum, pro more suo, exposuise. *Philosophus* au-
tem si quis in praeceptis uarii generis tradendis recte uer-
sari studet; id agendum ipsi est, ut simpliciter et proprie-
ter perspicue et ordine, ut solide; neque tamen sine uer-
borum elegantia omni, dicat. Qua in re praeceuentem ha-
bet *Tullium*, cum in *rhetoricis* et *philosophicis*, tum ma-
xime in libris illis tribus *de officiis* ***, in quibus quietum di-
sputandi genus, quod paullo ante *equabile ac temperatum oratio-*
nis genus vocauerat, inesse ipse iudicat.

* Libro de nat. pulchrit. or. sexcentis
locis. Grauiter quoque pronuntiat
de stilo hist. *Cicerō* libro II. de ora-
tore: uerborum ratio et genus ora-
tionis fusum atque tractum, et cum
lenitate quadam *equabilis* profluenſ,
sine hac judiciali asperitas, et sine

sententiarum forensium aculeis, pro-
sequendum est.

** Prodiit una cum insania *Famiani* 80.
rae 1698. 12. Melius iudicat *Mafenius*
in pal. stili lib. V. c. 12, quo formam
scribendi, dictionem historicam eius-
que proprietates persequi admittitur.

*** Lib.

*** Lib. I. c. 1. Et de oratore perf. c. 19
ait: quamquam et philosophi quidam
ornatae locuti sunt: tamen horum
oratio, neque nervos, neque aculeos

oratorios ac forenses habet. Adde
Ifr. Theoph. Canzii oratorium scien-
tiarum familiae toti cognatam §
126 et 127.

§ VII.

Stilum *oratoribus* proprium exculturus Ciceronis nor-
mam imitando exprimere studeas, finemque respicias.
Tum enim fiet, ut, si auditores, spectes, perspicuitatem;
si linguam, uerborum delectum et castitatem; si mo-
dum, ornatum* p[ro]ae te feras. V[er]su ueniet, quod HEI-
NECCIVS ** praecipit, ut modo ideam moratam in exor-
diis, modo perspicuam in narrationibus, modo grauem
in tractatione, modo in confutatione concitatam expri-
mas. Dabis etiam operam, ut, pro rerum occurrentium
natura ***, parua submisse, modica temperate, magna
grauiter, non sine soni suavitate, cuius aures sunt adpe-
tentissimae, dicas, atque ideo, ex mente Quintilian[i],
bene dicas.

Verum tamen conuenit etiam principium nostrum
f[ac]to poeticō. In quo si uis excellere: te ipsum frustraber-
is, si non in ea re principes magistros posueris *Ouidium*,
Virgilium, *Horatium*. Horum enim, mihi crede, exemplo,
ingeniosam illam fictionem atque inuentionem *, sonor-
am licentiam faciendarum iungendarumque uocum at-
que loquendi formularum, quam grandiorem et flori-
diorem elocutionem ** quoque nominare possis; in pri-
mis uero *numerum* illum ***, sui fere semper similem et
ad metri leges adstrictum, facile addisces.

* Pluribus haec exposui in Institut.
meis orat. germ. c. V. § XVI. 2.

** Libro adleg. P. I. c. II. § 59. Conf.
quoque Io. Lud. Strebæus de uerbo-
rum electione et collocat. orator.
p. 247.

*** Consule Ciceronem in Orat. p. 361. ed.
Lamb. et Schefferum, qui plura collegit
eius generis auctorum loca, p. 18. 19.

* Egregie haec illustrat Horatius de arte
poetica et Quintilianus I. O. lib.
XII. c. 10 excunte.

** Hanc

** Hanc delineat *Morhofius*, in idea lexi*cī poetici pro translatis, quam inservit Polyhistori p. 631 sequ.*

*** Confer. cel. *Io. Val. Pietſchium in*

disſ. de ſolutae ligataeque orationis limitibus § IIII et VI. it. Funciūm de uirili aetate lat. linguae P. II. c. VII. p. 350.

§ VIII.

At non eſſe forſan poſſunt ſcriptores ſupra commemorati iuuentuti exemplo ſati probato et ſufficienti. Immo uero poſſunt ſummo iure. Latina enim lingua, aureae aetatis, uſu floruit ita accurato, puraque elegantia ita exſplenduit, ut omnibus fere numeris absolute euaferrit. Quod ſi probabo: habebis ALTERVM principii mei praefidium, quo adquiescas. Prius enim quam nobilissimi Romani foras darent libellos ab ſe elaboratos, ſubiecerunt eosdem amicorum cenzurae. Quo factum eſt, ut OVIDIVS, eques grauiſſimus, *Tuticanum adlocutus canat*:

Saepe ego correxi, ſub TE censore, libellos;
ſaepe TIBI admonitu facta litura meo eſt.

Cicerο, quantus ſtili canon, *Tironem* tamen libertum *canona* ** uocat ſcriptorum ſuorum, atque ad priuatum cencorem ATTICVM ſcribit ***: *nōſtrum opus, TIBI probari laetor, ex quo ante ipſe posuisti, quae mihi florentiora ſunt uifa, TWO iudicio: cerulas enim TWAS miniatulas illas extimescebam.*

Caesar, ſummus licet poſt hominum memoriam imperator: nullus tamen dubitauit, teſte Suetonio *, de analogia duos libros et *Annicatones* totidem, orationes, epiftolas, commentarios historicos cet. relinquere. Nec indigna tanto uiro uox eſt apud Gellium **: *habe ſemper in memoria atque peccore, ut, tamquam ſcopulum, ſic fugias inſolens uerbum.*

* Lib. IIII. ep. ex Ponto ep. XII. 25.

Euolue quoque lib. II. ep. 4. u. 13

it. u. 17. 18. atque ex ſequenti-

bus temporibus Plinium VII. ep. 17.

et ep. 20.

** Lib. XVI. ad diu. ep. 17. in qua tamen eundem reprehendit, quod aduerbio *fideliter* non recte uetus fuerit in phraſi: *ualeſtudini fideliter inſeruendo.*

*** Lib.

** Lib. XVI, ep. XI. Confer. etiam lib. XV. ep. 14. Disputauit quoque, utrum consul TERTIO; an TIVM ponendum sit, apud Gell. No. Att. lib. I. c. 1. item, situe dicendum,

sufsinere remos, cum nautis; an *inhibere remos*, cum Attico censore lib. XIII. ep. 21. ad Atticum.

* Sueton. in Caesare c. LV. et LVI.

** Gellius No. Att. lib. I. c. 10.

§ VIII.

Addo *recitationes* scriptorum publicas *, quae, si quidquam aliud, plurimum ad perfectionem stili faciebant. Summi enim et doctissimi quique uiri **, immo aulae ministri, et AVGSTVS ipse, ingenii fetus, uarii generis, auditorum iudicio arbitrioque submiserunt. Non igitur est mirandum, si illustribus suis exemplis recitationum actibus splendorem, incrementum atque frequentiam conciliauerint. Scimus enim, quid efficiant summorum uirorum exempla, formulae item laudatoria: *belle, bene, pulchre, nihil supra, grauiter, non potest melius, ceterae.*

* Consule de recitationibus hisce ex instituto disserentes, G. I. Vossium de imitatione orat. et poet. cap. 7 et 8. *Cresolium* in theatro rhetorum lib. III. *Ant. Blanckwallium* de praefstantia classic. auctor. cap. II. p. 18 sequ. ed. Lips. 1735. *Degor. VVhear* in relect. hiemal. antelogio ad auditor. histor. Summam vero inuenies apud C. G. Barthium diss. de recitatione et retractatione veterum Hal. 1701. 4.

** Planum hoc faciunt Sueton. in Aug. c. 84. 85. 89. Dio Cassius lib. 53. in eunte, et Lipsius cent. II. ad Bellgas ep. 48.

*** Has et eius generis alias lege apud Farnarium, ad Martialis libri I. epigr. 4. it. apud commentatores Horatii de arte poet. et illius quidem 48:

- clamabit enim: pulchre, bene recte!

§ X.

Cumque studio dicendi maxima esent proposita praemia, uel ad gratiam, uel ad opes, uel ad dignitatem *: tum facile potest intelligi, non defuisse oratores, historicos, poetas excellentissimos **. Ait enim

() ()

aucto-

auctor de causis corruptae eloquentiae ***: hic et honoribus, et ornamenti, et facultatibus refertas domos eorum uidemus, qui se, ab ineunte adolescentia, causis forensibus et oratorio studio dederunt.

Immo tempora hominum de eloquentia utraque bene meritorum redimiebantur quoque publice *corona* * quadam, ex lauro aut myrto connexa, quam *Tacitus* ** *coronam facundiae* adpellat: qui quidem honos, praeter uitatores bellicos, qui uitam pro patria fundere parati fuerant, alias contigit nemini.

* Lege *Ciceronem* de orat. lib. I. c. 4. et
les reflexions de Mons. *Rapin* sur l'
eloquence en general § 2. Videntur
autem mihi Romani hac in re Grae-
cos esse leuctuti.

** Respicit haec tempora *Martialis* lib.
VIII. epigr. 56:

Sint Maecenates; non deerunt, Flacce,
Marones,

Virgilium que tibi uel tua rura da-
bunt.

*** Capite VIII.

* Probat hoc *Carol. Paschalius* de
coronis lib. V. c. 10, et 11. Adiunge
huic *Casaubonum* ad *Athenacum*
lib. XII. c. 3.

** Annal. lib. XVI. c. 4.

§ XI.

Atque haec quidem omnia testes quasi sunt locuples, stilum Romanum, aureae aetatis, maiorem in modum fuisse excultum; cultores illius, ob studia sua oratoria, honoribus, laudibus atque opibus ornatos; atque ideo, qui norma sit, nostra aetate, tutissima atque acutissima, esse longe dignissimum. Animus etiam esset, principium ad grauisima stili loca accommodare; nisi studium peculiare mereretur, in hoc negotio, quamquam alio tempore, ponendum.

§ XII.

Hoc ipso principio stilum omnem conformare do-
ctus fideliter est iuuenis bonae spei atque humanissimus,
di-

descendentium ex nostra disciplina, intra septennium, **SEPTIMVS** et **NONAGESIMVS**

GEO. CHRISTIAN. SCHIMIDIUS,

Isnac. Thur.

Gratulamur itaque summe uen. AVO, fautori nostro collendissimo, nepotem patriae uirtutis atque auitae dignitatis non immemorem; amplissimo VITRICO priuignum, cura, fide, prouidentia, quibus germanum se praestitit parentem, non indignum; nobilissimae MATERI filium natu maximum non profecto degenerem. Quumque uerfatus in coniuctu et contubernio nostro per aliquot annos sit: non negleximus facultatem eumdem ad probitatem, sollertia atque nenustam humanitatem cohor-tandi. Adquisitam uero artium et disciplinarum, in primis historiae, scientiam declarabit **ORATIONE LA-TINA** non inconcinna

DE MERITIS SERENISSIMORVM DVCVM ISNACENSIVM

IN LITTERAS ET LITTERATOS,

cui uotum pro PATRIA E sua PATRE augustissimo, felicissimo ac munificentissimo, eiusque CONIVGE SERENISS. atque sanctissima, submississimo animi cul-tu subneget.

Tum, pietate gratique animi ductus fideli memo-ria, officio fungetur suo in DEVU, scholae Curatores, Ephoros atque Praeceptores **ORATIONE VALEDI-CORIA**, maximam partem POETICA; ita tamen, ut, uarietatis causa, lingua uatur graeca, latina, germanica, italicca et gallica.

§ XIII.

Prodibit tandem in medium, familiari suo disces-sum honestum atque tempestuum, suo et commilito-num

num nomine, ex animo gratulaturus CARMINE GERMANICO satis eleganti, iuuenis humanitatis atque artium perstudiosus

J A C O B V S N E V B E R,

Nebr. Thur.

ita tamen, ut antea commilitonem abeuntem amice mo-
neat de uoce CICERO NIS ad filium, libro III offic. cap.
II. 5 occurrente: suscepisti onus graue, et ATHENA-
RVM et Cratippi: ad quos quum tamquam ad merca-
turam bonarum artium sis profectus: inanem redire
turpisimum est.

§ XIII.

Cui actui ne corona, arbitri et iudices desint, MAE-
CENATES, PATRONOS ac FAVTORES rei scholasti-
cae rogamus, ut CRAS, finitis *a meridie* sacris in tem-
plo, frequentes adesse, atque hoc beneficii genere
signum musis, ad bene de rebus suis speran-
dum, tollere uelint.

P. P. NVMBVRGI D. XIII APRIL.

CIOCC XXXVIII.

*

*

*

B.I.G.

Black



Farbkarte #13

QK. 533, 2/

B. m. II, 65

II c
104

DE

PRINCIPIO STILI LATINI

COMMENTATIO

QVA

X 2316505

ORATIONEM VALEDICTORIAM

AUDITORIS BONAE SPEI ATQVE HUMANISSIMI

GEO. CHRISTIAN. SCHMIDII

ISNAC. THVR.

CRAS A MERIDIE HABENDAM

RITE INDICIT

M. DAN. PEVCERVS

L V S A T.

ATHEN. SEN. RECTOR.

N V M B V R G I

LITTERIS BOSSOEGELIANIS

CCCLXXXVIII

